

[I p 3]

HAUT ALITER TRISTICIE prosa tertia. Postquam docuit per similitudinem quomodo uigorem intellectus recuperauit, hic docet quomodo in cognitionem Philosophie deuenit, circa quod duo facit. Primo enim docet quomodo Philosophiam cognouit, secundo quomodo eius presenciam<sup>1</sup> admirari cepit ibi (6) ET QUID INQUAM. Dicit ergo continuando se ad precedencia (1) HAUT pro non ALITER DISSOLUTIS NEBULIS TRISTICIE id est fugata ignorancia que creabatur a tristitia HAUSI CELUM id est recuperauit uigorem intellectus. Aliqualiter dicitur homo haurire celum quando respirat et quia respiracio confortat cor mitigando excessuum caloris, ideo haurire celum ponitur pro spirituali confortacione uis intellectiue. Et (3) RECEPI MENTEM id est uigorem memorie et rationis ad COGNOSCENDAM FACIEM MEDICANTIS scilicet Philosophie cuius facies est moderacio uirtutum per quam sapiens ab insipiente discernitur. ITAQUE UBI IN EAM DEDUXI OCULOS scilicet rationem et intelligenciam (4) INTUITUMQUE DEFIXI scilicet non transitorie respiciendo sed cum diligencia RESPICIO NUTRICEM MEAM quia, ut supra patet, eius lacte nutritus et alimentis educatus fuit, unde subdit (4-5) CUIUS LARIBUS. Lares Philosophie possunt dici loca in quibus philosophia docetur que diligenter Boecius in adolescencia sua quesuit; unde sicut narrat in libro de disciplina scholarium<sup>2</sup> Athenis atque Parisiis<sup>2</sup> fuit pro comparanda sciencia. Vel lares

2 Migre P.L. 64, 1228C

-----  
 1 presenciam O -as (?) J presencia RP / 2 pharisius J parisius OP  
 parsi R /

Philosophie possunt dici secte philosophorum quibus<sup>3</sup> Boecius  
 ab adolescencia<sup>4</sup> (5) OBVERSATUS<sup>5</sup> EST id est conuersatus. Nota  
 quod dicit ab adolescencia quia in etate precedente non potest  
 quis indulgere uere philosophie sed tantum occupari potest in  
 quibusdam preambulis puta in grammatica que docet recte et  
 congrue loqui. Deinde cum dicit (6) ET QUID TU, INQUAM, hic  
 primo<sup>7</sup> ostendit quomodo Philosophie presenciam admirari cepit,<sup>7</sup>  
 secundo<sup>8</sup> quomodo Philosophia suam admiracionem racionabiliter  
 exclusit ibi (10) AN,<sup>9</sup> INQUIT ILLA. Circa primum duo facit.  
 Primo enim admirando requirit eam de sua presenciam. Secundo  
 inquit<sup>10</sup> admirando de presencie sue causa ibi<sup>11</sup> (8) AN UT TU.  
 Dicit ergo primo (7) ET O OMNIUM MAGISTRA VIRTUTUM philosophia enim omnes uirtutes  
 docet QUID TU

-----

3 quibus R cum quibus P c<sup>19</sup> J / 4 adolescia J / 5 obuersatus RPO  
 adu- J / 7 hic primo ostendit quomodo a philosophie presenciam  
 admirari cepit O ponit primo quomodo philosophie presencie admirari  
 cepit R (ostendit quomodo; primo om.) P om. J / 8 secundo RPO om. J /  
 9 AN RPO om. J / 10 inquit RO inq't J / 11 ibi an ut tu dicit  
 ergo primo et o omnium magistra uirtutum philosophia enim omnes  
 uirtutes docet D ibi an ut tu dicit ergo primo et o omnium magistra  
 uirtutum R ibi et o omnium P ibi omnium prima enim omnes uirtutes  
 docet quidni Pe dicit ergo primo et o omnium magistra uirtutum J  
 dicit igitur primo et o omnium magistra uirtutum philosophia enim  
 omnes uirtutes docet O /

6 quis om. O /

12 13

INQUAM, IN HAS SOLITUDINES NOSTRI EXILII hoc dicit<sup>12</sup> quia  
 secundum ueritatem tunc in exilio erat relegatus sicut patet  
 per historiam quam huic operi premisi (8) DELAPSA SUPERO CARDINE  
 VENISTI id est a Deo. <sup>14</sup> <Omnis<sup>15</sup> enim sapiencia creata>deriuatur  
 ab ipsa sapiencia increata que Deus est, propter quod Ecclesiastici  
 primo dicitur: o m n i s s a p i e n c i a a D o m i n o D e o  
 e s t. <sup>15</sup> Comparatur autem Deus cardini, quia sicut ualua mota  
 innititur<sup>15</sup> cardini immobili, sic omnis motus creature innititur  
 immobilitati Dei. Deinde cum dicit (8) AN UT TU etc. inquit  
 admirando presencie sue<sup>16</sup> causam dicens AN scilicet ideo uenisti  
 UT TU REA yronia est quia nullius criminis rea est Philosophia  
 MECUM AGITERIS id est infesteris falsis criminibus, quasi diceret  
 non, quia non uidetur quod Philosophia debeat ab aliquo criminari.

a v. 1

-----

<sup>13</sup> hoc dicit RPO hic docet J / <sup>14</sup> deo RPO domino J /  
<sup>15</sup> deriuatur ab ipsa sapiencia increata que deus est propter quod  
 ecclesiastici primo dicitur omnis sapiencia a domino deo est O  
 ab ipsa sapiencia increata deriuatur que deus est propter quod  
 ecclesiastici id est (.i.) omnis sapiencia a domino deo est R  
 deriuatur a sapiencia id est creata que deus est etc. id est omnis  
 sapiencia etc. P que deus est propter et ecclesiastici primo  
 dicitur omnis sapiencia a domino deo est J / <sup>16</sup> sue RP om. JO /

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Et tamen econtra contigit quia falso utique criminabantur  
 Philosophiam, quoniam ea que Boecius fecit per philosophicam  
 sapienciam dicebant ipsum<sup>17</sup> facere per artem magicam sicut dicit  
 infra prosa quarta. Nota<sup>18</sup> quod Boecius in ista admiracione  
 loquitur ad modum miserorum qui cum<sup>19</sup> uideant sapientem pati  
 aduersitatem mirantur ignorantes causas diuine dispensacionis.  
 Deinde cum dicit (10) AN, INQUIT Philosophia istam admiracionem  
 racionabiliter excludit. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit  
 quod non debet admirari suam presenciam, secundo quod non debet  
 admirari presencie sue causam cum dicit (14) MEAM scilicet<sup>20</sup>  
 quantum ad primum sciendum quod nullo modo debet admirari quod  
 fit ex bona racione sed presenciam eius habuit bonam racionem.  
 Unde assignat duas raciones quare debuit esse presens, quarum  
 prima est quod manifestum est omnibus quod non decet<sup>21</sup> nutricem  
 alumpnum suum deserere maxime in tribulacione. Sed tu es alumpnus  
 meus et ego nutrix tua sicut paulo ante es confessus. Non ergo  
 debui<sup>22</sup> te deserere et ideo non debes mirari quod presens sum. Et  
 hoc est quod dicit (10) AN, INQUIT, TE, ALUMPNE, DESEREREM NEC  
 COMMUNICATO TECUM LABORE scilicet ut facilius feras onus diuisum<sup>23</sup>

---

-----  
 17 ipsum RPO om. J / 18 nota . . . deinde cum dicit om. P /  
 19 cum RO tum J / 20 scilicet JO om. RP / 21 decet PO d<sub>3</sub> R  
 decet uel docet (?) J / 22 te debui O / 23 diuersum O /

(11) SARCINAM id est penam QUAM MEI NOMINIS INUIDIA propter  
 sapienciam enim quam sibi inuidebant dampnatus est ab impiis  
 SUSTULISTI<sup>24</sup> paciendo scilicet PARTIRER id est diuiderem.  
 Pena enim diuisa facilius toleratur. Secundam rationem ponit  
 ibi (12) ATQUI PHILOSOPHIE. Que talis est Philosophia non  
 debet deserere innocentem<sup>25</sup> sine comite. Sed tu es innocens,  
 ergo non debui te deserere. Et hoc est quod dicit ATQUI id est  
 certe (13) FAS id est licitum NON EST PHILOSOPHIE INCOMITATUM  
 id est sine comite RELINQUERE ITER INNOCENTIS. Nota quod  
 innocens est qui nec nocet nec uult nocere alteri;<sup>26, 27</sup> et hoc est  
 magna pars uere sapiencie et ideo Philosophia non separatur ab  
 innocente. Item qui patitur iniuste uel est philosophus uel  
 ydiota. Philosophum<sup>28</sup> manifestum est quod comitatur Philosophia;  
 ydiotameciam comitatur per sapienciam consolacionem et compassionem.<sup>29</sup>  
 Sapiens enim afflictis compatitur. Unde Apostolus, prima<sup>31</sup> ad  
 Cor. xi, Q u i s i n f i r m a t u r e t e g o n o n  
 i n f i r m o r ?<sup>32</sup> Deinde cum dicit (14) MEAM docet quod non  
 debet admirari causam sue presencie. Causa autem sue presencie,  
 ut patet ex dictis,<sup>34</sup> fuit ut esset comes et particeps tribulacionis

---

24 sustulisti J / 25 innocentem RP inuocantem J / 26 alteri ORDJ aliis PM /  
 27 et om. O / 28 philosophum manifestum est quod ORDJ manifestum est quod PPe /  
 29 concomitatur O / 30 sapientum O / 31 31 prima] id est (.i.) ORJ om. PPeD /  
 32 ita infirmor O / 33 scilicet docet O / 34 predictis O /

Boecii. Quod autem nullus debeat hoc admirari probat dupliciter: primo quia hoc non est nouum sed antiquum et consuetum; secundo quia hoc est necessarium ibi (37) ITAQUE NIL EST QUOD. Circa primum duo facit. Primo ponit rationem. Secundo probat quiddam suppositum in illa ibi (17) NONNE APUD VETERES. Racio talis potest formari quod est antiquum et consuetum. Nullus debet admirari uel horrere, sed persecutio sapientie ab improbis est antiquum et consuetum, ergo etc. Dicit ergo per modum yronie MEAM SCILICET CRIMINATIONEM VERERER ET QUASI ALIQUID NOUI <sup>35</sup> ACCIDERIT PERHORRESCEREM et ideo suple fugiendum est michi a te? quasi diceret non. NUNC ENIM CENSES id est iudicas PRIMUM APUD IMPROBOS MORES id est improbe morigeratos, (16-17) SAPIENCIAM <sup>36</sup> LACESSITAM ESSE PERICULIS id est irritatam? quasi diceret non. <sup>37</sup> Deinde cum dicit (17) NONNE APUD VETERES probat quod hoc non <sup>38</sup> est nouum sed antiquum et primo per exempla magis antiqua et aliene gentis, secundo per exempla minus antiqua et proprie gentis ibi (31) QUOD SI NEC ANAXAGORAS. Primo ergo ostendit hoc esse antiquum et consuetum commemorando ea que contigerunt ante <sup>37, 39</sup> tempus Platonis dicens NONNE APUD VETERES QUOQUE ANTE NOSTRI <sup>40</sup> PLATONIS ETATEM MAGNUM CERTAMEN CERTAUMUS SEPE CUM TEMERITATE

---

35 noui RPO nouum (ū in ras) J / 36 irritatam RPC irritat o'tm J / 37 probat quod hoc . . . dicens om. P / 38 et RE q J / 39 dicens] quasi diceret C / 40 temeritate RC om. P teneritate J /

STULTICIE id est cum hominibus stultis et temerariis, quasi  
diceret sic: ante enim tempus Platonis claruit <sup>41</sup> Anaxagoras  
qui stulticiam hominum colencium solem tamquam deum reprehendens  
dixit solem esse lampadem <sup>42</sup> ardentem; propter quod, sicut dicit  
beatus Augustinus 18. de ciuitate Dei, capitulo undecimo, factus  
est reus et in fugam compulsus sicut dicitur infra. Secundo cum  
dicit <sup>43</sup> (19) EODEMQUE SUPERSTITE commemorat ad confirmationem  
preassumpti ea que contigerunt tempore Platonis dicens (20)  
NONNE SOCRATES PRECEPTOR EIUS scilicet Platonis (21) ME scilicet  
Philosophia <sup>44</sup> ASTANTE EODEMQUE scilicet Platone SUPERSTITE  
VICTORIAM INIUSTE MORTIS PROMERUIT ? quasi diceret sic. Refert  
enim beatus Augustinus <sup>45</sup> octauo <sup>46</sup> de ciuitate Dei, capitulo tercio,  
quod stulticiam imperitorum in ipsis questionibus moralibus,  
quibus totus intendebat, mirabili lepore disserendi acutissima  
urbani uersauit atque agitauit, propter quod calumpniosa  
criminatione ab ipsis Atheniensibus dampnatus post longum  
carcerem, ut narratur in Phedone Platonis, tandem morte multatus  
est. Tercio cum dicit (21) CUIUS HEREDITATEM ostendit idem per  
ea que contigerunt post tempus Platonis de discipulis Socratis.  
Et circa hoc duo facit. Primo enim docet quomodo discipuli

---

41 calaruit J / 42 lampadem PeO lapadem J lapidem R(?P) /  
43 preassumpti RPO prius assumpti J / 44 philosophia RPO -am J /  
45 octauo] 8 RPO 6 (?) J / 46 imperatorum Q /

Socratis sunt ab inuicem diuisi; secundo quomodo ab improbis  
 persecucionem sunt passi ibi (27) IN QUIBUS<sup>47</sup>. Circa primum  
 considerandum quod, sicut dicit beatus Augustinus de ciuitate  
 Dei libro octauo, capitulo tercio, in disputacionibus Socratis  
 circa summum bonum non euidenter apparuit quid Socrates summum  
 bonum posuerit. Propter quod discipuli Socratis, qui doctrinam  
 suam quasi hereditarie sibi uendicabant, ab inuicem diuisi sunt,  
 quia Aristippus summum bonum dicebat uoluptatem. Quam quidem  
 sententiam Epicurus postea renouauit et auxit, ut dicit Tullius<sup>48</sup>  
 libro tercio de officiis, propter quod huius opinionis  
 sectatores ab Epicuro dicti sunt Epicurei. Antisthenes<sup>49</sup> uero  
 alius discipulus Socratis summum bonum dicebat virtutem animi  
 cuius sectatores sunt Stoici dicti a stoon Grece quod est  
 porticus Latine. Isti enim in conspicua et notissima porticu  
 et in aliis locis publicis disputare de summo bono consueuerant,  
 ut dicit Augustinus de ciuitate Dei libro 18, capitulo 41.<sup>52</sup>  
 De istorum ergo diuisione dicit Philosophia sic (21) CUIUS  
 supple Socratis HEREDITATEM id est doctrinam quam tamquam  
 hereditatem iure successionis uendicabant (22) CUM EPICUREUM  
 VULGUS ATQUE STOICUM qui propter ruditatem doctrine uulgo

---

47 in quibus ORP in quo J / 48 postea epicurus O / 49 Antisthenes] enthitenes  
 R anthichenes PPe enthyechenes J antichenes D anthyechenes O / 50 stoici dicti  
 sunt O / 51 a om. O / 52 41 ORP 81 (?) J /



53

comparantur CETERIQUE hoc dicit propter Peripatheticos qui  
 alias septas circumcalcantes disputabant ut ueritatem  
 inuenirent (23) MOLIRENTUR id est machinarentur IRE RAPTUM id  
 est rapere <sup>54</sup> QUISQUE PRO PARTE SUA quilibet enim dicta Socratis  
 uolebat trahere ad defensionem opinionis sue MEQUE id est  
 Philosophiam (24) RECLAMANTEM RENITENTEMQUE ueritas enim  
 philosophica <sup>55</sup> contradicit et repugnat semper falsis opinionibus  
 VELUT IN PARTEM PREDE TRAHERENT <sup>56</sup> quia in doctrina sua falso  
 usurpabant sibi nomen sapientie (25) VESTEM QUAM MANIBUS MEIS  
 IPSA TEXUERAM id est artes uel ueritates <sup>57</sup> artificiose traditas  
 (de hac ueste dictum est supra prosa prima) (26) DISCIDERUNT  
 scilicet per extortas <sup>58</sup> expositiones ad sensum suum trahendo  
 ARREPTISQUE AB EA PANNICULIS id est quibusdam ueris propositionibus;  
 omnis enim falsa doctrina commiscet sibi aliqua uera (26-27) ME  
 TOTAM CESSISSE SIBI CREDENTES supple et ita decepti ABIERE  
 scilicet quilibet in secta sua. Deinde cum dicit (27) IN QUIBUS  
 docet quomodo isti, licet non essent philosophi, tamen quia  
 aliquo modo apparebant philosophi passi sunt persecucionem ab  
 improbis hominibus dicens IN QUIBUS scilicet Epicureis et  
 Stoicis (27-28) QUONIAM QUEDAM VESTIGIA NOSTRI HABITUS VIDEBANTUR

- 
- 54 quisque RPO quilibet J / 55 philosophica RPO phia J /  
 56 quia RPO que J / 57 ueritates RO ueritates J uirtutes P /  
 58 extortas J /

53 ypatheticos (21)

quia ambo uirtutem colebant (29) IMPRUDENCIA id est homines  
 imprudentes (emphasis est) RATA id est opinata <sup>59</sup> MEOS ESSE  
 FAMILIARES id est esse sapientes et philosophos (30) PERVERTIT  
<sup>60</sup> persequendo NONNULLOS EORUM ERRORE PROPHANE MULTITUDINIS sicut  
 fuit de Zenone, qui, ut patet per Augustinum libro nono de  
 ciuitate Dei, capitulo quarto, princeps fuit Stoicorum et  
 conatus suadere cultum uirtutis adduxit rationes insufficientes  
 et minus efficientes, unde Seneca in epistulis ad Lucilium <sup>61</sup>  
 frequenter deridet rationes suas; qui tamen eo quod philosophus  
 et uirtuosus uidebatur ab improba multitudine tormentis subactus  
 est. Deinde cum dicit (31) QUOD SI NEC ANAXAGORE docet  
 persecucionem sapientie non esse nouam per exempla recenciora  
 et magis familiaria ponendo exempla de propria gente scilicet  
 Romana in qua fuerunt <sup>62</sup> multi qui persecucionem et mortem passi  
 sunt ab imperita multitudine propter bonitatem morum et sapientie,  
 unde dicit QUOD SI NEC ANAXAGORE FUGAM NEC SOCRATIS VENENUM dicit  
 enim Seneca in epistula tertia ad Lucilium <sup>63</sup> quod cicuta magnum  
 Socratem interfecit. Est autem cicuta herba quedam que, cum  
 capellas pingues efficiat, hominibus tamen uenenum est, ut dicit  
 Isidorus Ethymologiarum libro 17, capitulo de herbis aromaticis  
 uel communibus (32) NEC ZENONIS TORMENTA QUONIAM SUNT PEREGRINA

2. Cf. c. 5.

6. LXXXII, 9

59 opi(nan)da C / 60 scilicet persequendo Q / 61 rationes om. Q /  
 62 fuit J / 63 ep. 15 Q /

id est extranea (33) NOVISTI de quibus omnibus dictum est  
supra AT CANIOS id est discipulos uel sectatores Canii <sup>64</sup> AT  
SENECAS id est discipulos uel sectatores <sup>64</sup> Senece AT SORANOS  
id est discipulos uel sectatores Sorani; <sup>65</sup> isti fuerunt nobiles  
Romani et moribus Philosophie instituti, QUORUM NEC PERVETUSTA  
NEC INCELEBRIS EST MEMORIA, SCIRE POTUISTI. (35) QUOS scilicet  
magistros et sequentes eorum NICHIL ALIUD IN CLADEM id est  
mortem uel miseriam DETRAXIT NISI QUOD NOSTRIS MORIBUS INSTITUTI  
VIDEBANTUR DISSIMILIMI STUDIIS IMPROBORUM id est ipsis improbis  
quorum studia semper uergunt ad uicia. Deinde cum dicit (37)  
ITAQUE NICHIL EST ostendit quod non debet admirari persecucionem  
sapiencie ab improbis quia necesse est eam contingere. Et circa  
hoc tria facit. Primo ostendit eam esse necessariam. Secundo  
docet eam non esse timendam ibi (40) QUORUM ETSI. Tercio docet  
quomodo se debet habere homo ad hoc quod huiusmodi persecucio  
non preualeat in ipsum metro quarto ibi QUISQUIS. Dicit ergo  
(37) ITAQUE NICHIL EST QUOD ADMIRERE id est non est quare  
debeas admirari (37-38) SI IN HOC UITE SALO id est in hac uita <sup>66</sup>

<sup>64</sup>-----  
Canii . . . sectatores om., alia manus in mg. suppl. J /

<sup>65</sup> instituti JO instructi uel instituti P informati R / <sup>66</sup> hac  
uita RPO uita J /

que salum id est mare dicitur propter commociones et amaritudines que sunt in ea AGITEMUR CIRCUMFLUENTIBUS PROCELLIS id est ingruentibus aduersitatibus: hoc enim est necessarium nobis (39) QUIBUS HOC MAXIME PROPOSITUM EST PESSIMIS DISPLICERE. Virtus enim sese diligit et aspernatur contraria. Deinde cum dicit (40) QUORUM ETSI NUMEROSUS docet persecucionem improborum non esse timendam. Et hoc dupliciter: primo propter defectum regiminis ex parte malorum dicens QUORUM scilicet improborum ETSI pro quamuis NUMEROSUS SIT EXERCITUS sicut enim dicitur Ecclesiaste capitulo <sup>67</sup> primo, s t u l t o r u m i n f i n i t u s e s t n u m e r u s <sup>67</sup> (41) SPERNENDUS TAMEN EST QUONIAM NULLO DUCE REGITUR id est nulla ratione et est dictum per simile pugnancium, quia si infinitus exercitus sine duce uideatur nichil timetur sed de facili superatur (42-43) SED RAPTATUR id est frequenter rapitur huc atque illuc ERRORE LIMPHANTE id est ad modum limphe uel aque de currentis quocumque suus fert impetus nisi obex saxi illam resistere faciat; et hoc TEMERE AC PASSIM id est ubique. Deinde cum dicit (43) QUI SI QUANDO docet idem <sup>68</sup> propter securitatem uirtutis ex parte bonorum dicens (43) QUI scilicet exercitus improborum SI CONTRA NOS persequendo scilicet sapientes (44) VALENCIOR INCUBUERIT secundum apparenciam hominum mundanorum

---

a 1, 15

---

67 capitulo RP om. JO / 68 idem RPO ideo J /

NOSTRA DUX id est ratio qua ducente agunt opera sua sapientes  
 COPIAS SUAS id est uirtutes (45) CONTRAHIT IN ARCEM arx est  
 altum edificium de quo hostes eminus propugnantur et significat  
 contemplacionem et spem celestium bonorum ad que intencio tota  
 sapientis intendit et quorum amore sapientes omnem aduersitatem  
<sup>69</sup> temporalem superant (45) ILLI VERO scilicet improbi CIRCA  
 INUTILES SARCINULAS id est diuicias temporales uel corpus que  
 sunt anime sapientis in onus et sarcinam quia grauant racionem  
 et intellectum, unde Sapientie nono dicitur: <sup>a</sup> c o r p u s  
 q u o d c o r r u m p i t u r a g g r a u a t a n i m a m  
 e t d e p r i m i t t e r r e n a i n h a b i t a c i o <sup>70</sup>  
 s e n s u m m u l t a <sup>71</sup> c o g i t a n t e m OCCUPANTUR. AC  
 NOS DESUPER id est in desiderio celestium constituti IRRIDEMUS  
 scilicet illos quia, sicut <sup>72</sup> dicitur in <sup>73</sup> Psalmo, <sup>b</sup> Q u i  
 h a b i t a t i n c e l i s <sup>74</sup> i r r i d e b i t e o s (47)  
 RAPIENTES VILISSIMA QUEQUE RERUM terrena enim respectu celestium  
 uilissima sunt (46) NOS dico (47) SECURI quia muniti <sup>75</sup> uirtute  
 TOCIUS FURIOSI TUMULTUS id est contra furiosum impetum et  
 tumultum improborum (48) EOQUE VALLO per istud uallum potest  
 intelligi fortitudo que est propugnatrix et defensatrix omnium

a v. 15

b Ps. 2. 4

69 temporalem om. O / 70 inhabitacio RP habitacio JO /

71 multum O / 72 quia O / 73 dicitur in R dicitur ~~JO~~ dicit I /

74 in celis RPO in celum J / 75 muniti RFO minuti J /

76  
 77  
 78  
 aliarum uirtutum (48-49) MUNITI QUO ASPIRARE id est accedere  
 FAS NON SIT STULTICIE GRASSANTI id est stultis grassantibus  
 id est conantibus et est emphatica locutio.

[I m 4]

1  
 2  
 3  
 4  
 QUISQUIS COMPOSITO metrum quartum quod dicitur Faleucium  
 ab inuentore siue frequentore. Constat autem ex spondeo dactilo  
 et tribus trocheis; recipit tamen in ultimo spondeum propter  
 indifferenciam ultime sillabe. Postquam docuit Philosophia  
 quod persecucio improborum non est timenda, hic docet quomodo  
 homo se debet habere ad hoc quod persecucio improborum non  
 preualeat in ipsum. Et circa hoc duo facit. Primo enim hoc  
 docet in generali et sub quibusdam similitudinibus; secundo  
 in speciali et per proprietatem ibi (11) QUID TANTUM. Circa  
 primum considerandum quod persecucionem improborum designat  
 triplici proprietate, scilicet per rabiem maris per eructuacionem  
 ignis cuiusdam montis et per ictum fulminis. Huius autem ratio  
 est quod improbi inueniuntur in triplici genere secundum triplex

---

76 aspirare RPO -ari J / 77 accedere RPO accidere J /  
 78 stulticie RPO subtile J /  
 1 fallacium O / 2 ex om. O /  
 3 secundo RPO om. J / 4 ibi RP om. JO /